



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XIV. De his constitutionibus conciliaribus publicandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

ANNO  
CHRISTI  
1225

tiam interpellare præsumant : contra quos ner-  
uum rigoris apponimus, statuentes vt quicum-  
que pudicitiam sanctimonialium, cuiuscumque ha-  
bitus, ausu sacrilego sollicitare præsumpserit, ab  
officio, si clericus fuerit; si laicus a perceptione  
corporis Domini nouerit se suspensum. Qui ve-  
ro \* sacrilegium vel temerarium carnis commer-  
cium cum talibus habuerit, ipso facto excommu-  
nicationis sententia se nouerit innodatum. San-  
ctimonialis vero seu canonica quæ huiusmodi cri-  
men flagitiosum perpetrauerit, vltius ad officium  
aliquod in monasterio nullatenus admittatur; sed  
in signum iniquitatis suæ vltima tam in claustro  
maneat quam in choro.

\* forte  
cilegam

XI V.

Quoniam memoria hominum dilabatur cum  
tempore dilabente, ne quis ex nostrarum consti-  
tutionum ignorantia velamen in posterum excu-  
sationis assumat, in virtute sanctæ obedientiæ &  
sub pœna excommunicationis districte præcipi-  
mus, vt archiepiscopi, episcopi, archidiaconi &  
decani, in suo singuli Concilio annis singulis ce-  
lebrando eas publicari faciant & seruari, pœnam  
transgressoribus infligendo. Quas enim abbates &  
alii ecclesiarum & monasteriorum prælati conscri-  
bi faciant, & in suis capitulis frequentius publicari,  
vt tam ab ipsis quam a suis subditis inuiolabiliter  
obseruentur. Acta sunt hæc anno Domini 1225.  
quarto Idus Decembris.